



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

VII. De Commvnione Evcharistica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

extra eam est personaliter: Nam ille modus alstruit solam efficaciam Communionis cum Sacramentariis.

AD III. Etiam extra usum Cœnæ distribuitur, cum sit ubique in omni re, quam distribui contingit.

VII. DE EVCHARISTIÆ SACRAMENTO seu COMMUNIONE.

QVÆSTIO LVI.

*Eucharistia an sit Res Permanens;
an Actio transiens?*

LUTHERO Martinus Bucerus, teste *Chlaro l. 3. Miscel. tract. 8. anno 1535.* persuasit, In Eucharistia non esse Corpus Christi, nisi dum sumitur: ac proinde Samtione proprie esse Sacramentum. Rati, sic Lutheranos & Zwingianos reconciliandos fore. At iterum euentu. LUTHERANI, Melanchthon, Brentius, Kemnitius, &c. Item CALVINALIUM cum Caluino, *Inst. l. 4 c. 18. §. 37 39. Martyr lib. contra Gardin.* &c. idem atque iuxta commentum; quod ad Orthodoxam Eucharistie Adorationem illud valere destruendam ceruerent.

CALVINUS tamen, Martyr, & Illyricus volunt, tunc solum esse Sacramentum, cum actu sumitur: Ut Baptismi aqua, dum assunditur. Non, dum ad eos post defertur.

LUTHERANUS, vt Kemnitius (quo S. Patrum eludat) volunt esse etiam, dum ad eos post defertur, immedia Cœna: Quodam quoque post triduum manere autem Sacramentum.

SVADENT istis. 1. Quia sic Institutio est facta. 2. Sicque est cum Baptismo. 3. Nec Patres sunt alieni. 11. Calvinus. Qui sic faciunt, scilicet assuerant Euch. habent Veteris Ecclesia exemplum; Fatores. Verum in rotanta, in qua non sine magno periculo erratur; nihil tamen

tum est, quam veritatem sequi. III. Kemnitius ea vult S. Patrum testimonia admitti, quæ dicunt statim à Cœna missum Sacramentum ad eos. IV. Idem. Alii Patres errant: 1. Sed quia ex simplicitate; ignosci potest: 2. Alios cum his non consenserent ad alterationem Euch. ideo Consuetudinem non fuisse Vniuersalem. 3. Et sic ubi fuit, abrogatam esse. 4. Demum assueratam esse ad mandationem, non ad superstitionem.

AUTOR. Eucharistia planè est Res permanens; non Actio transiens. Documentum verba Institutionis: *Hoc est enim Corpus meum.* I. Hoc dictum fuisse Verum necesse est; at ante mandationem dictum fuit. II. Fuit dictum, ut causa mandationis: q. d. ideo manducare; *Hoc est ENIM Corpus meum:* scilicet maximum Sacramentum; eoque sanctius motuum. Praeceptum est, *Manducate:* Simul *Hoc est enim Corpus meum.* Exhibitus Rei est; Non Promissio, ut Calvinus finxit: Hæc enim futuri est, non praesentis boni.

III. Benedictio, rem communem faciens benedictam & sacram, est Actio per te perfecta; cuius Opus est Res rerum sacrarum sacratissima Corpus Christi: 1. Cor. 11. *Panis, quem frangimus, non est Communicatio est.* &c. At istud est permanens, ad Communionem manducandam ordinatum, duratq; dum species perdurat quibus corruptis, esse deficit.

IV. Manducate, præcepit; sed non addidit, continuò post Benedictionem *Manducate:* quod ergo Verba Institutionis non definiunt tempus manducandi; ecquā Scripturā Sacra docēte definiunt Sectarii, Manducandum esse simul ac benedictio facta est? Vnde docent; Benedictionem, & Manducationem unā esse Actio-

Actionem Coenæ debere? Nos duas esse docemus, Benedictionem, Sacrificii, Manducationem, Sacramenti.

V. Accipi, Benedici, Frangi, sunt Sacrificii, seu, adesse Sacramēti faciūt. Distribui, & Manducari, ad Vsum Sacramenti spestant: Atqui Essentia rei, & Vsus eiusdem nullam habent necessariam connexiōnem: ergo neque in hoc Sacramento. Proinde diuersæ sunt actiones Rei permanentis tam extra Vsum, quam in Vsu præsentis. Iam ut essentia illius est accidentarius; Vsus manducationis ita & Reseruationis, Supplicationis. &c. est; ut sine quo sit Res nihilominus permanens ac per se subsistens. Hactenus ex Institutione probatio ducta est.

VI. Iam Baptismi & Eucharistiæ disparitas docet eandem Permanentiam. Quia in Baptismo non est Res permanens; sed Actio, quæ sit & dicatur Sacramentum: at in Eucharist. non est Actio, sed Res permanens, quæ sit Sacramentum. De Baptismo: quia non Aqua est Sacramentum sola; Non Forma super Aquam dicta; sed Actio per hæc circa baptizandum. Liquet. De Eucharistiæ vero: 1. Quia, Modus loquendi omnium is fuit, ut nemo Fractionem, aut Benedictionē, aut Distributionem, aut Manducationem, vocat Eucharistiam; sed rem permanentem; Ut Iustinus, Panem sanctificatum, Cibum. &c. Quem dicunt Patres offerri, Confici, Portari. &c. quæ conueniunt Rei permanenti, non Actiōni: Quem conferunt etiam cum Verbo Incarnato. &c. 2. Actio nulla est, cui tota ratio Sacramenti conueniat: Nam Manducatio est sufficiētum; at horum actio non constituit Sacramen-

tum. Benedictio seu Consecratio est Ministri, qui facit esse Sacramentum; sed non est ipsa illud. Fractio & Distributio non sunt signa gratiæ inuisibilis; ergo nec Sacramēta. At Pani Consecrato, ut rei permanenti, patet conuenire definitionem Sacramenti: ergo & est Sacramētū. VII. Docent idem S. Patres apud Bell. I. 4.c.4.

DICO AD I. Iam liquet ex dictis.

AD II. Id agat ipse, quod rectè iudicatagendum: at contra it.

AD III. At istud solus dicit S. Iustinus: reliqui Afferuationem quoq; iubēt, aut docent. 2. Christus nec detulit ad absentes Eucharistiam, nec iussit: unde iubet Kemnitius? &c.

AD IV. 1. S. Cyprianus corripit rudes Sacerdotes, ex simplicitate errantes contra Vsum communem. 2. Mentitur alios Communi Contuetudini nō consenserisse. 3. Abrogatam fuisse eam mentitur: Itemque & 4. Afferuatam Eucharistiam ad māducationem solam. Bell. c. 15.

QVÆSTIO LVII.

Ecquæ debita sit Eucharistiæ Materia Panis?

LUTHERANVS Illyricus Cent. 11. cap. 2. Schisma Græco um in hoc & Latinorum ita describitur, ut viatorum det Græcis. Hinc Lutherani & Zwingiani fermentatum putant apitorem azymo.

CALVINVS Inst. I. 4.c.17. § 43. tria 1. Sus deque esse utro utatis. 2. Fermentati vsum durasse à Christo ad annum 125. 3. Alexandrum Papam instituisse azymum. Sic & Kemnitius par. 2. ad Seb. 22 c. 7. Calvinistæ hinc fermentato utuntur omnes: Vt & Græci Schismatici.

SVA DENT istis. 1. Matth. 26. Non in die festo. &c. sc. Paschæ. Marc. 15. Joseph syndo-

nem

nem mercatus est; Mulieres, *Luc. 23.* paratūt aromata. Iudei criminalem causam egerunt: quæ in festo vetita. *Ioan. 13.* *Ante diem Pasche.* *Ioann. 18.* Non introierunt prætorium, ut manducarent Pascha. *Ioann. 19.* Erat autem præpasche Pascha. Ergo die profano Cœna peracta est in fermentato.

2. Patres ita docent ex *Deut. 16.* Agnum immolandum ad Vesperam luna XV. ergo Dominus XIV. cœnauit in fermento.

3. CALVINVS. Primitiva Ecclesia usque ad Alexandrum usq[ue] est ferm. nato in Cœna.

4. Greci. Dominus accepit Panem: at azymus non est ianis: Et azyma, Iudeorum est; proinde in hac Cœna est iudaizare.

5. Pentecoste celebratur die quinquagesimo ab secunda azymorum: at eo anno venit Pentecoste in Dominica; ergo & secunda azymorum: ergo prima fuit feria VI. proinde Dominus cœnauit in fermento feria V.

AUTOR. Panis Azymus est Eucharisticus; vt in quo Dominus cœnauit Luna XIV. ad vesp[er]am, feriæ V. cum qua incepit Lunæ XV. feriæ sc. VI. solennis Paschæ. 1. Sic testis S. Scriptura in meo *Antichristop. 3. q. 23.* 2. Omnes ferè S. Patres dicunt Christum celebrasse Pascha die XIV. vesp[er]i, captumque noctu: testibus Euangelistis, *Ioann. 13.* *Ante diem festum*, sc. Luna XIV. sciens Iesum. &c. pridie Passionis. *Ioann. 18.* *Nobis non licet interficere*, sc. ob festum diei XV. feriæ VI. Ita Patres Chrys. Cyr. Aug. &c. 3. S. Patres dicunt occitum Christum ipso die solenni Paschæ, Luna XV. at hæc coepit pridie vesp[er]i, sicutque Gen. 1. *Factum est vespere & manes primus.* 4. Asianni egerunt Pascha cum Iudeis (teste *Cōcilio Niceno.*) Luna XIV. ad vesp[er]am: vt & iudaizantes Quartodecimani. 5. Orthodoxi ideo, si Luna XIV. veniebat in Dominica, differebant Pascha in se-

quentem Dominicam; vt & hodie; ne iudaizemus.

DOCO AD I. Fuit ea quorundam sententia: at altera vicit, vt in festo crucifigeretur. Opera autem pietatis non prohibita erant in festo; sed seruilia, & in Sabbato maior quies erat præcepta, quam in festo. Luna XIV. autem erat *Ante diem festum artificiale*, sc. feriæ VI. Et hac XV. immolatos boues & oves manducabant Sacerdotes; qui Paschalunt, *Deut. 6.* Agebantque eadem parœuen in paschâ, sed non ante pascham: nam ad Sabbathum ea agebatur: *Ioann. 19.* *Propter parœuen, ne remanerent in cruce Sabbatho.*

AD II. Quidam Patres, ad vesp[er]am, sc. mundi, intelligunt. Quidam Lunæ XV. vesp[er]am; quæ & agnus typicus, & Christus est immolatus; qui pridie, initio Lunæ XV. finitâ XIV. cœnarat.

AD III. Dicit: at nullo docebit auctore; nam fingit. Leo IX. acerrimus Lunæ XV. defensor usum Ecclesiæ inde à S. Petro repetit; non ab Alexand. I. cœpit, qui sedit anno 121.

AD IV. Rebus iisdem vt cum Iudeis, non est iudaizare; sed eodem vt i ritu & fine.

AD V. Pentecostes dies numerandi sunt à primo die profano azymorum: proin, si secundus azymorum incideret in Sabbathum, tunc à tertio numerabatur: Et sic accidit anno Christi passi.

QVÆSTIO LVIII.

An Materia Vini sit miscenda A quæ ad S. Synaxin agendam?

LUTHERANI & Caluinistæ, ceu Armenti, mero meracissimo vtuntur in Cœna.

Qq abs-

absque aqua. Lutherus l. contra Regem Anglie, anno 1512 fatuos vocat aquam vino mixtientes: cum sit merum pigmentum h. i. num.; & pessimam habeat significationem. Kemnitius part. 2. in Sess. 22. Can. 7. ait esse indiferens; cum incertum sit, an Dominus vīnum aquā miscerit: proinde miscere nil nec esse esse; nec præcipi ab Ecclesia posse.

CALVINISTÆ aiunt, vt Richerus, esse hereticos, sacrilegos, falsarios, qui milcent aquam, & sua commenta Euangelicæ puritati.

S V A D E N T I S T I S. 1. Lutherus & Kemnitius. Quia pessima est significatio, Isa. 1. *Vīnum tuum mistum est aquā*, id est, a Hieron. Verbi sinceritas corrupta est. 2. Quia, quod ex latere Christi fluxit Sanguis & Aqua; caratio non probat miscendam aquam in calice: quippe significat Baptismum & Eucharistiam, ait S. Aug. tract. 120. in Ioann. Vide Genesal. p. 3 q. 14.

A U T O R. Miscere vīnum aquā in Sacramento Calicis, probabilius non est de necessitate Sacramenti: et si improbabiliter pauci Esse aiant: Attamen, non miscere, grande peccatum est. 1. Quia Dominus vīnum aqua mixtum consecravit: (quod probabile Kemnitio pro more nationis. Malè) Nam sec' fert Traditio. Scriptura enim solius Calicis meminit, non vini, non aquæ. &c. Nisi ibi: *Non bibam de hoc genimine Vītu.* &c. quod dixit Dominus ad eum agni; non ad Eucharistiam; secundum potiorem Patrum sententiam. Traditione autem constat ex Liturgia S. Iacobi in Conc. Trullano: non ex Clementis Const. l. 8 cap. 17. ex Irenæo, Cypr. Basil. &c. qui ex omni natione, mixtaram non tribuunt morti nationis, vt Kemnitius.

3. Quia, Ioann. 19. Ex latere Christi

exiuit sanguis & aqua. Chrysost. hom. 24. in 1. Corinth. Quid est in Calice? Quodex Latere fluxit. August. Ambros. &c. 3. Quia Eucharistia significat Unionem Christi cum Ecclesia, vt vīni cum aqua. Sic Cypr. Euseb. Isid. &c. 4. Quia Eucharistie typus fuit, non solum, Genes. 14. Panis & Vīnum Melchisedech: sed etiam aqua Petræ, 1. Corinth. 10. Ita Ambrosius, Euseb. 5. Quia significatur sic duarum in Christo naturarum Vnio. Sic Nicolph. l. 18. c. 15.

D I C O A D I. In S. Scripturæ eadem sæpe contraria significant; vt Gen. 49. *Carnibus leonis Iuda.* Apoc. 5. *Vicit leo de tribu Iuda.* Contrà. Psa 90. *Conculcabis leonem.* Ita hic.

A D II. Ista significant rectè: & etiam Significatur per mixturam calicis eadem profluxio Sanguinis & Aquæ. Quæ obstreput alia, liquent ex diuis.

Q V A E S T I O L I X.

Qua FORMA conficitur Euchariſtia?

L V T H E R O - C A L V I N I S T Æ in hoc contentiunt, vt Ecclesiæ Catholicæ sententiam non integrè admittant. Cætera, dissentient.

L V T H E R A N V S Martin. Bucerus in Matth. 26. verba Institutionis recitari necessarium negat: Quid Sacra Scriptura non id doceat vel iubeat: Habetque sectatores, teste Kemnitio part. 2. Examin. ad eff. 15. Can. 1. Kemnitius ib. d ista 1. Tota Institutionis descriptio pertinet ad formam: proinde Papistæ eam mutant. 2. Sola Christi verba sunt recitanda: At Papistæ multi permiscent. 3. Consecratio fit à Deo per os ministri: At Papistæ voluntam opus esse hominis consecrati. 4. Verba ea non debet recitari solam historice, vt Calvinistæ volunt: nec magice, vt Papistæ: sed quasi quæ, operante Deo, sint efficacia ad faciendum, quod sonant: sic, vt verba ea sint instrumenta Dei, non ministeri: Et sic efficacia sunt, vt nobis annun-

annuncient, certosque reddant, distribui in Cœna verum Corpus & Sanguinem Christi. Ita & Bucerus.

CALVINVS Inſt. 4. c. 17. §. 19. Verba recitata i vult per modum concionis seu lectio- nis, ad instruendam fidem; non ad consecran- dum elementum. LUTHERVS Inſt. de Capte. Bab. 6. de Bapte. patum referre ait, quibus verbis Sacramentum conficiatur; modò ad sit fides accipientis illud: Eò, quod Sacra menta cō- fificant in promissione; quæ nou accipitur, ni- si fide. Caluinus itaque iubet prælegi coena- tu. is, ex. Cor. 11. Institutionem.

S VADENT istis. 1. Caluinus. Domi- nus dicens, Accipite. &c alloquebatur Apo- stolos, non panem: ergo referuntur non ad hunc conſtantum, sed ad instruendos il- los. 2. Nasquam scriptum, recitari oportere. 3. Papista multa addunt, & detrahunt istud: quod pro vobis tradetur. &c.

A U T O R. Eucharistica Forma hæc est ipsissima: Hoc est enim Corpus meum. Hic est enim Calix Sanguinis mei. 1. Contra Lutheranos quatuor sunt certa. 1. Dominus pronunciauit hæc: testibus Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Paulo 1. Co- rinth. 11. 2. Dominus iis Consecra- uit: testibus cunctis S. Patribus & Theo- logis: Item: Si alio modo consecrari vo- luisset; alio modo docuisset: At nō Præ- dicauit: nil recitari iussit; nisi Hoc. Vnde, Sacerdos in persona Christi consecrat: ideo non dicit Hoc est Corpus Christi; sed Meum: Quæ repetitio verborū Christi, est Consecratio per verba Christi, non per solam Voluntatem Christi, vt Lu- therani volunt. Nam solā voluntate cō- secrate, non est Ritu Sacramentali. sc. vi- ſibili aut sensibili: talem autem instituit Ritum p̄ o Sacrementis. Quod sine Ta- li facit per solam inuisibilem Voluntatē, id miraculum est. Sicut M̄ gdalenam ab- soluit. 3. Dominus præcepit hunc

Ritum: Hoc facite, in Re, & in Verbis: Sicut & quoad Baptismum, Pœnitenti- am &c. Nasquam enim dixit: Dicite, Ego te Baptizo: aut Absoluo &c. Id quod Bucerus postulat expressum. 4. Do- minus vi horum verborum Consecran- tum transubstantiauit. Quia nisi Cor- pus & Sanguis Domini verè Hoc fuisset, Verba falsa fuisse oportuit. Vnde Apo- stolicus ritus est ex Traditione, post Con- secrationem continuò Demonstrare Rem adorandam, scilicet Iesum Christum. Hinc Graci ea verba clatè proclamant, & populus respondet, Amen, ac adorat.

H. TRADITIO id docet, ea Ver- ba diciad Panem & Vinum Benedicen- dum; non ad Inſtruendum populum: vt Lutherani & Caluiniani volunt. Patet ex Liturgiis Clementis, Iacobi, Basili, Chrysostomi, Ambrosii, ex Romana, quæ Sancti Petri esse censetur. Vnde Caluini ritus recitatorius, est omnino nouus, antè inauditus. Item: Sancti Patres dicunt Corpus Domini fieri My- stica prece, solenni benedictione, grati- arum actione: ceu ante & post hæc Verba suetum in M̄ssa.

GRÆCORVM Refutationem vide in mea Geneal. p. 3 q. 15. Ex his ad Suasio- nes contrarias liquet responsio.

DICO AD I tamen. Quod in Basili Liturgia post, Accipite. &c. dicitur Fac Domine panem istum Corpus Christi: &c. oratio est. vt in nobis fiat cibus ad vitam, non ad iudicium. Similia vide apud Bellarmin. libr 4 cap 14. de Additio- ne, Detractione, Transpositio- ne, &c. Logi; nugæ nugarum.



Qq 2 Qua.

Q V A E S T I O L X .

Minister Eucharistia quis?

LUTHERVS l. de Capt Baby. c. de Ord. vult omnem bap-
tizatum habere officium Consecrandi Eucharis-
tiam; neminem tamen id usurpare debere, nisi legi in-
vocatum. Purat enim Ordinatus non solum necessari-
um ob discipinam Ecclesie & Ordinem; libr. de abrog.
Missa. LUTHERANUS, ve Kemn. &c. timide assen-
tiuntur ei; ob evidentiam probationum Catholiciū;
& ob duo Principia Lutherana, alioquin desere da. Pri-
mum: Sacra menta non operari, nisi excitando fidem
proinde non pendere à qualitate ministri. Secundum:
In ordinatione non imprimi Characterem, da ique lo-
lum officium, non potestatem nouam; proinde qui ho-
die Minister est, cras nullus erit.

C A L V I N U S Inst l. 4. c. 1. §. 22. & c. 3. §.
10. &c. præficit negat ratum esse Baptismū,
aut Cœnam, si ab alio, quām publico mini-
stro, detur. Ita & Bullingerus, Zwinglius; li-
cer hic autem secutus sit Lutherum. Lutherus
autem Wiclefum superauit, timentem d. fi-
nire, an laico fas ministrare Sacramen-
tum?

A U T O R. Necesse est ab ordinato
Sacerdote confici Eucharistiam, vi hu-
ijs. *Hoc facite*: sc. omnes Christiani man-
ducate & bibite: soli Sacerdotes verò Con-
secrate, sumite, distribuite. Vide Anti-
christump. 3. q. 25. Ita docet Traditionisfir-
mata per Concilia Generalia quatuor
Nicænum, Lateranense, Florentinum,
Tridentinum. Per & S. Patres, S. Dionys.
Eccl. Hierarch. p. 2 c. 5. *Nec ipse Sacerdos*
erit, nisi Pontificalibus officiis ad hoc fuerit
promotus. Qui secus faxit, eum vocat S.
Ignatius epist. ad Trallianos, infideli de-
teriorem. S. Clemens Const. l. 1. cap. 31.
Omnis laicus, sine Sacerdote aliquid tentans,
frustra facit. Idem l. 8. c. vlt. Quia solis
dictum Apostolis, *Hoc facite*, sicque ad ali-
os eadem manavit potestas. Vnde Ter-
tull. libr. de prescript. ridet Marcionistas,
quod quos hodie Clericos cras habeant

Laicos: & hos Sacerdotalia ministrare. S.
Cypr. l. 1. epist. 2. &c. negat esse apud hæ-
reticos Eucharistiam veram, cum non sit
verum Sacerdotium. &c. Bell. lib. 4. c. 16.
Proinde in nullo casu necessitatis licuit
vnquam vlli consecrare, nisi Sacerdotis

Q V A E S T I O L X I .

*Qualis Eucharistie sumta sit Effe-
ctus, & sumenda Preparatio
necessaria?*

LUTHERVS passim tria asserit: 1. Effectum Eu-
charistie esse Remissionem peccatorum mortalium.
2. Non opus vacare culpis mortalibus; sed eum esse a-
ptioiem, qui plorum sibi conscius facinorum est. 3.
Non opus Confessione ac lœnitentias; sed fidem suffice-
re quā cr. d. t. in Eucharistia sibi omnia esse remittenda.
1. 8. in Concione de præpat. ait: *Optima dispositio*
est, quā pessimè es dispositus: tunc pessimè es dispositus,
quando optimè es dispositus. *Quia Christus non venit*
vocare iustos, sed peccatores; qui papalisticus præpat. oni-
bus se polluant &c.

K E M N I T I V S p. 2 Exam. Siff. 13. t. 2. 7. propugnat
primum Lutheri: secundum & tertium oppugnat;
præquererunt penitentiam & pio ostium abstinen-
ti peccatis; vnde examinan communicaturos. Sc.
& Confessio Augustana.

C A L V I N U S Inst l. 4 c. 17 §. 40. pugna-
tia asserit. 1. *Cibus hic se ritulus in animam*
inciderit malitiā nequitaque polutum; maiore
illam ruinam precipitat: Proinde §. 42. fidem &
charitatem requirit. 2. *Contra §. 41.* repre-
hendit nos, qui statum gratiae prærequira-
mus: §. 42. *Vult Cœnam remittere mortalia;*
quæ nisi ad sint, fustra sumi. Meminerimus,
ait, has S. epulas egrotis esse pharmacum, pecca-
toribus solarium, pauperibus largitionem: quæ sa-
nis iustis, diutibus (si qui reperiri posent) nul-
lum afferrent opera preuum. &c. Cum in vitam
detur; intelligimus nos sine ipso in nobis plane
mortuos esse.

S V A D E N T istis. 1. **LUTHERANI.**
1. **Lutherus.** *Quia non veni vocare iustos,*
sed peccatores. 2. **Calvinus:** Si peccatis
immunis, accedere soli debeant; omnes ar-
cebunt.

cebuntur. 3. Kemnitius. *Hic est Sanguis noni Testamenti; quod includit in se pactum remissionis peccatorum.* Vnde; *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* 4. Kemnitius. In Liturgiis sunt preces pro remissione peccatorum. Sique venialia debeat; cur non posset & mortalia?

A V T O R. Eucharistie est principalius, nutritre animas, & præleruare à peccatis; non, peccata delere. Præparatio ad eam est Poenitentia iusta. 1. S. Scriptura teste in meo *Antichristo.* p. 3. q. 25. 2. Traditione, Patrūque Consensu teste. Vnde in Liturgiis Diaconus proclamans, *Sancta Sanctis,* infideles & Catechumenos exire, & in expiatos non adire Synaxin iubebat teste Chrys. hom. 61. ad Antioch. Iustino in *Apologia.* 2. Cypriano, Ambrosio, &c.

3. **R A T I O** suadet. 1. Euch. est Sacramentum à ceteris diuersum; ergo & proprium habet effectum nutriendi. Nam & *Lutheranus* Baptismi est ablucere originale: Absolutionis, remittere actalia; *Calu.* verò est Baptismi p. fidē remittere peccata per omnē vitā facta reliquā: Ecquid igitur Cœna opus ad remissiōnē? 2. Quia mos peruetus est post Baptismum continuo dare Eucharistiam, teste Cyrillo Ierol. in *Mystagog.* 3. Cum sola fides iustificet apud Luthero Caluinistas; quid Synaxi opus?

D I C O A D I. Quos primum vocat Christ⁹, iustificat; at dein seipso cibat.

A D II. Nearceantur, data potestas est remittendi prius peccata; quæ remitti absolutione certum est: at qui se fat digne disposerit, certus est nemo.

A D III. Testamentum trisariam capit; 1. Pro Voluntate testatoris. 2. Pro hæreditate cernenda. 3. Pro

instrumento literarum, quod est & signū Voluntatis, & causa adeundæ hæreditatis. Ita Eucharistia repræsentat mortem Christi pati, & applicat nobis meritum factæ remissionis, quam repræsentat in Commemoratione passionis.

A D IV. Prodest Eucharistia ad remittenda mortalia peccata nobis ignorata; Et ad persoluendam poenam confessorum peccatorum. Et ad venialia dimittenda. Proin peccata mortalia potest delere Eucharistia; sed non est ad hoc primariò instituta.

Q V A E S T I O L X I I .

*An Viraque Species sit necessaria sic,
quò totus in ea sit Christus?*

VTHERVS. Declatione sermonis de Cœna. Non laxy, nec confusui, nec est intentio mea; ut Enīus, aut aliqui Episcopi propriā autoritate incipiāt aliquid Vtrāque Speciem porrigeret; Nisi ita præciperetur in Concilio Generali. 2. In Affert. art. 15. Consultum mihi videtur nunc, & non modo per Concilium, sed quilibet Episcopus, etiam in iuncto Papæ, Christum secutus in Euangeliō, rurus Vtramque laici daret. 3. In form. la Massa; Si quod Concilium statueret Vtramque, nes nequaquam viraque vellemus; sed in respectum Concilii ac statuti, aut Vra, aut neutra. & minime Vraque uti vellemus, maledicti virum uersos, quibus potestate Concilii Vraque uerentur. Cochlaeus in *Septicipite* c. 23. notat 36. Luther hac in re contradicit.

II. **L**UTHERVS in eadem declar. ait, 1. Non necesse dari laicis viramque. 2. Lib. Capt. Bapt. cap. 1. Sacerdotes ture diu non teneri, ut dent viramque; Laici tamen liberum esse, ut pertant vnam viramque, aut neutram. 3. In Affert. art. 16. Qui viramque nequeunt impetrare, si omittant desiderare, impios esse.

LUTHERANI viginti necessariam Variusque.

SVASIONES vide infra quæst 65.

HI. **L**UTHERVS. An totvs CHRISTVS sit sub Vraque, valuat. 1. Affert. art. 16 ait, Totum esse in qualibet. 2. In Inform adamicum, id est Comitantiam. 3. Lib ad Waldenses, frustis se tot queque aliquos ait, & dissimilat quæstionem. 1. LUTHERANUS, vi. Heschius negat Comitantiam: Halmannus ait esse diabolicum inuentum: Illius item. &c. 2. Alii, vi. Brenius, in Confess. Wittenberg. Kemnitius, &c. Totum esse aucti in qualibet ipse. Qq. 3. si q. te

sieque dicere coguntur ob Ubiquitatem suam. 3. Alii, vt Lutherus passim, MELANCHTHON art. 10. Confess. Aug. hanc quæstionem dissimulant.

4. CALVINVS cum suis Concomitantiam & ridicet, & impugnat. Inst. I. 4. c. 17. §. 18. 34. 47.

SVA DENT istis. 1. CALVINVS. Quod obtendunt Concomitantiam nimis frivolum est; cùm symbola, quibus includuntur, ita distincta sint. 2. §. 31. Si juxilla Cocomitantia negetur, quid facient? Quis sanus & sobrius Christi Corpus Christum esse sibi persuadeat? 3. §. 74. Dominus panem ostendens Corpus suum esse dicit: Calicem dum ostendit, Sanguinem vocat. Humanarationis audacia contra reclamat, Panem esse Sanguinem, in unum esse Corpus. As if Dominus nulli causâ Corpus suum à Sanguine & verbis & signis distinxisset. Et unquam fando auditum esset, Corpus Christi aut Sanguinem Deum & Hominem appellari? Sanè si designare se Totum voluisset, dicere poterat, Ego sum; non autem, Hoc est Corpus meum.

AUTOR. Christus totus est in qualibet specie. 1. Sic tria Cœilia Generalia, Constantiense, Florentinum, Tridentinum, ex evidentia S. Scripturæ quam vide in meo Antichristop. 3. q. 26. 2. Sic vniuersalis Patrum Consensus: B. Andreas ait: Agnum immaculatum quotidie immolari, & à populo māducari. Origenes: Illi dicimus, DOMINE non sum dñs. Hilarius ait: Manducatione fit, vt Filius Dei in nobis sit. Cyr. Ierosol. ait, Nos esse Christophorus: summum Regem sumi; caue ne in terram excidat. &c. Quare qui Concomitantiam negant, sed cadaver sumere afferant necesse est. 3. Miracula crebra Veritatem Totalitatis attestantur.

DICO AD I. Symbola sunt distincta, non ideo tamen & Res: nisi quòd Res diuersæ significantur.

AD II. Negentur & S. Scripturæ, & Patrum consensus. &c.

AD III. Mendacia fundit, nos dicer, Panem & Sanguinem. &c. Corpus Christi esse Deum. Denique dixit, Hoc est Corpus meum; non Ego sum; quia id expressit, quod signo repræsentabatur.

Q V A E S T I O L X I I I .

An tota Ratio Sacramenti sit in una specie?

V THERANT sic ratioinantur: Si panis & calix sint duo Sacramenta: si oī fraudant: Sacramen'to, qui calicem negant. Si unum sint; ergo dimidiatum dant laicos, qui in coniuicio spiritali potum negant.

S V A S I O N E S vide inf. à quest 66.

A V T O R. Eucharistia trifariam consideratur. I. Ut pignus diuini amoris: Sic in Una specie conseruatur: quia totū Christum exhibit. II. Ut Sacrificium: Sic Vtraque necessaria est: quia id significat Christi passionem ut cruentí Sacrificii imitatio, quæ sine effuso Sanguinis Signo non repræsentatur. 2. Deinde in Sacrificio esse debet re ipsa, quod fuit in typo Melchisedechano. Ideo Vsus Ecclesiae nunquam passus est Sacrificari in altera sola: D. Th. 3. q. 83. art. 6.

III. Ut Sacramentum: Sic in alterutra perfectè est tota ratio Sacramenti, Ita Concil. Trident. S. 21. Can. 3. RATIO. Quia in vtralibet est Significatio & Causa litas gratiæ: quæ omni inesse Sacramento debent.

I. Significatio vtralibet est Refectio spiritualis, at hanc proinde vinum solum, vt & panis sol' significat: potestq; alterutra species dici pars. (sed Materialis) Sacramenti, sc. Christi totius. Itaque in Scripturis Elurire & Sitite instram, Mat. 26. 26. Eccl. 24. Manducare & bibere, vt Ioh. 6. pro eodem ponuntur: teste S. Cypr. Serm. de

de Cœna: Aug. in Ps. 103. 2. Significatio utriuslibet est Unio fiduum: Sicut unus panis, & Vinum è multis granis constat: Ita Ecclesia. 2. Cor. 3.

H. C A U S A L I T A S par Vtriq; inest: quia idem Christus totus Vtrobique: Vnde & quæq; species habet propria, Materiam, Formam, Actionem; vt neutra p̄deat ab altera, quin sit Sacramētum perfectum formaliter; non partiale, nisi speciem tenus materialiter. Ita Vniuersalis orbis Christiani æstatum omnium Cōsen-sus. Prætulerunt ita typi, quorum hi istā, vt Manna, Agnus, Panes propositionis: isti alteram species præsignarunt: Vt a qua petræ. Nec duæ species Sacramenti duo sunt Sacraenta; sed vnum; dum in actione una sumuntur ab Sacerdote: Nisi sic diuiderer eam actione, vt hanc ante, istam post prædiū sumeret: quod nefas. Hinc patet solutio dilemmatis superioris Lutherani.

Q V A E S T I O L X I V .

Par, an maior Vtilitas ex Vna, vel
Vtrah, capiatur sumta species?

L VTHERANI iuxta & CALVINIANI contendunt, ex Vna minorem percipi. SVADENT istis. 1. Calvinius Inst. l. 4 c. 17. §. 47. Fraudatur populus magnā fide! Significatione: adeo clarus duæ, quām una species significat Christum totum. 2. Georgius Casander. S. Patres tr. brunt peculiarem effectum Sanguini Dominico. S. Ambro. I. 5. de Sacram. c. 3. Quotiescumq; bibes, remissionem accipie peccatorum, et inebriaris Spiritu. S. Cyril i. epist. 2. Quomodo docemus, aut prouocamus eos Sanguinem suum fundere; si es misitatur Christi Sanguinem denegamus? 3. Ruardus Catholicus. declarandæ Veritatis

causa libi obiicit: Altera species accedens, Si auget gratiam: ergo utilis est: Si non au-ger; ergo verum Sacramentum non conferat gratiam, estque frustraneum.

A V T O R. I. Quem aduersarii fru-ctum quærunt in Sacramentis, is tam in Vna, quām in vtraque datur; scilic. P̄ dei excitatio & confirmatio. Quod velint Sacraenta non aliter prodesse, quām significatione, promissionem Dei re-præsentante. Id q̄ magis videndo, quām manducando, obtinetur: cum mandu-cando symbolum absumentur, videndo manens repreſentet: Et Vtus, quām gu-stus, sit spiritualior, adque intelligentiam aptior.

II. Quem Orthodoxi fructum quærimus, perinde capit ex vna; sc. Gratia collatio ad salutem. Ioan 6. Qui manducat hunc panem, viuet in eternum.

III. Tametsi, (facita esse) plus gra-tia ex vtraque accederet sumenti; non tamen necesse foret, nec expediret Vtrā quē dare omnibus. 1. Quia p̄fstat al-tero bono non necessario carere; quām Sacramentum periculo irteuerentiae ex-ponere. Hinc desit Ecclesia pueris Eu-charistiam porrigit: Hinc Matrimonium & Ordo non omnibus expedient. Et p̄fstat crebrò sub vna securè communi-care; quām rare & periculosè sub vtraq;. Præsertim cum nihil ex duabus percipi-atur, quod non capiatur ex Vna. Nece-nim Significatio, sed Causalitas rem effi-cit meliorem: vt suprà.

D I C O A D I. Absurdum est dicere Fructum Sacramentorum consistere in confirmando fide, vt apprehensā signifi-catione moueat animus. Nam sic rudiores parum, infantes nil utili-tatis

tatis perciperent plus ingeniosiores, nō autem meliores sed hebetes.

A D II. Etsi Deo Patri, & Filio, sua cuique peculiaria tribuantur; non tamē idcirco de Sp. Sancto negantur: Ita & in speciebus est: Vnde iidem S. Patres alibi eosdem effectus Sanguinis tribuūt Corpori: Ambr. libr. 4. de Sacram. c. 5. Qui manducarit hoc Corpus, sicut ei remisso peccatorum. Cypr. ibid. ait, Martyres muniri protectione Corporis Domini debere. Ita Col. 1. Pacificans per Sanguinem Crucis. Infrā: Reconciliavit in Corpore Carnis Ad de quod effectum eum tribuunt nō speciebus, sed Contento.

A D III. Similiter posset quis argumentari de particulis S. Hostiæ: At male. Nam non species, sed Contentum confert gratiam: hoc autem utrobique idem est. Et cùm utraque sumitur, est actio una sumptionis perinde, ut cùm una percipitur; sicuti & est Res una vel sub mille particulis data.

Q V A E S T I O L X V .

An Communio sub Utroque sit Precepta à Christo?

LUTHERVS, ut supra q. 62. epius dicit, Permissum est diuinam, non præceptum: LUTHERANI tamen, ut Kemnitius, &c. esse præcepum contendunt:

CALVINVS Inst. l. 4 c. 17. §. 17. ait, Edictum aeterni Regis est, ut omnes bibant.

SVA DENT istis. 1. Melanchl. in Apolog. Confess. Aug. & Kemn. In voce, Fractio panis, per figuram Intellecionis significatur & altera species: Vti & Ioann. 6. dum quater fit mentio panis solius. 2. Kemnitius. In Emmaus sub Utroque communicatum est, teste August. Verè in fractione panis Christum agnoscit, qui non sibi iudicium manducat & bibit.

Neque ibi dixit; *Hoc facite*, licet unam portexisset solam. Plura quæstione sequenti.

A V T O R. Utroque non est in præcepto diuino.

I. Quia typi plerique sunt de Una: vt Lignum vitæ, Genes. 2. 3. Agnus Paschalis, Exod. 12. Manna, Exod. 16. Panis propositionis, i. Reg. 21. Exod. 25. Caro Sacrificiorum. Esto; sint aliae figuræ de potu: Non nos contendimus pro necessitate Unius, vt pro duarum Sectarii. Dein, Melchisedechum obtulisse Deo panem & vinum constat: dedisse vero Abrahæ, non constat. Adhuc aqua è petra data est sine cibo; non ideo Calix dandus est sine pane.

II. Doctrina, & exemplum Christi, & Usus Apostolorum, docent Unam rectè dari. Vide in Antichristo part. tertia quæst. 26.

III. Vetus & primitiva Ecclesia licet tam sub Una Communionem testatur trifariam.

I. Quia eam nunquam reprehēdit, tum in Orthodoxis, tum vel in Manichæis: qui, teste S. Leone Serm. 4. de Quadrag. sub una communicabant, quod vinum ducerent fel esse Draconis: & quod negarent veram Christi passionem & mortem, & Sanguinis effusionem; vnde & signum in vino reicebant. Nec Epiph. nec Augustinus, qui eos exagitarunt, hinc eis carperunt.

2. Quia moris erat Eucharistiæ non deferre secum domum, & sumere cum libuisser. 3. Quia Manichæi ut hæresim tegerent, sub una cum Orthodoxis communicabant Romæ: teste S. Leone ibid. Qui & obseruari iussit eos, qui nunquam vini speciem sumerent.

IV. Ritus Ecclesiæ docent idem: Ut affir-

Afferuatio Sacramenti, Communicatio domestica, Communicatio infantum, Ægrotorum, Laica, Communicatio ex Præfanciscatis. Vide Bellarmin, libro 4, cap. 24.

D I C O A D I. Ista Historia sic coniungit Benedictionē panis cum Distributione, Recessuque Domini; ut nullus fuerit locus calici benedicendo ac dādo: Vnde nec locus figuræ est. Augustinus verò non dicit, Christum dedisse utramque; sed agnatum in fractione panis; & huius fructum fuisse agnitionem. Cætera ex dictis liquent.

Q V A E S T I O L X V .

Quæ argumenta sunt Vrgentium
Vtramque?

Triplicia. 1. Ex S. Scriptura. 2. Ex S. Patribus. 3. Ex Ratione.

I. Ex S. S C R I P T U R A I. Bohemi, Ioann. 6. Nisi manducaueritis Carnem filii hominis, & Bibetis. &c.

II. Achilles, Lutheri, Buceri, Melanchthonis, Caluini, Kemnitii. &c. est Matth. 26. Bibite ex hoc omnes: Hoc non solis dictum Apostolis est. 1. Quia non dixit Manducate ex hoc omnes. quod præuideret futuros, qui dicent, datum omnibus panem, non calicem. 2. Quibus, Manducate, iis & Bibite dictum: Si solis Presbyteris: ergo neutra licet laicis: Si laicis quoque dictum, ergo Vtraque licet eisdem. 3. Quia pro quibus Sanguis fusus, iis dictum, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim Sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur: At fusus est pro omnibus.

III. CALVINVS Instit. l. 4. c. 17. §. 48. &c. Velim ad quinque postulata respondent, quibus elabi non poterunt: 1. Quo oraculo reuelata sit vobis hoc Solis dictum Apostolis? 2. Cur ab Apostolis ad milles usque annos sine exce-

ptione omnes sibiabant utriusque symboli participes? 3. Cur de pane simpliciter dixit, ut ederent: de Calice, ut Omnes biberent? 4. Si Deus solis Sacerdotibus dedit utramque; quo iure datur nunc altera laicis? 5. Paulus traditionem declarat, Ut omnes promiscue utroque symbolo communicarent.

IV. Iussit, Hoc facite: at Consecravit, accepit, Debet omnibus Vtramque. Quippe ait, Similiter & Calicem. q. d. ait Kemn. patratio utriusque est.

V. Paulus post, Hoc facite, dixit: Depane illo edat, & de calice bibat: Ergo sumenda & utraque.

D I C O A D I. Vis præcepti huius in Re, non in Modo consistit. Quia præcipit medium vitæ conseruandæ, quod consistit in Corpore & Sanguine Christi sumendo; non in speciebus seu modo. Vnde declarat illud Nisi manducau. &c. per hoc, Qui manducat me, vivet propter me. Deinde Et sumitur quædoque pro disiunctiu: vt aurum & argentum non est mihi, id est, aurum vel argentum. Demum; esto præceptum: Multa sunt Scripturæ præcepta non omnibus, sed aliquibus implenda. Vt, ait Augustinus illud: Crescite & multiplicamini: Ita & hoc, Nisi manduc. &c.

A D II. Id solis dictum Apostolis est. Quia hoc, Omnes, non semper vniuersalissime capit: Vt, Omnes querunt, quæ sua sunt: at non Sancti: Omnes peccauerunt; at non Christus: Clamauerunt omnes, Crucifige: at non Apostoli. Ita hic, Omnes, id est, certi generis homines. 2. Alioquin dandum & infidelibus foret; aut fideliū infantibus; aut adultis fidelib⁹ etiam abstemiis. 3. Et Marcus repugnat eo: Et biberunt ex eo omnes, sc. Discipuli. Nam Cœnati bus eis, &c. dedit Discipulis suis &c.

Kr. Mans.



Manducate: Item. Accipiens Calicem. &c. dedit ILLIS solis, qui hymno dicto exiuerunt in montem oliuetti: Tunc dixit ILLIS: OMNES, vos scand. &c. Decertis solis hæc omnia. **D E** I. Dominus dixit, Manducate ex hoc omnes: teste S. Canone Missæ: teste S. Ambro. & Paschasio. &c. Esto, non dixerit: Panis partem cuique dedit; & Calicem vni; qui & daret alteri, sic que porro quicq; & dixit; Bibite ex hoc omnes, ne iterum consecrare opus. **D E** II. In hoc: Christus non dedit laicis; ergo nec à nobis dandus eisdem calix: negatur consequentia: quia Christus dari non prohibuit. **D E** III. Fucus est Christi Sanguis pro omnibus, impiis & infidelibus; non tamen his dandus est.

A D III. 1. Oraculo Matthei, & Marci 2. Fallum assumit: Nam liberum fuit ut viuâ, aut utrâque. 3. Patet supra de Omnes. 4. Iure diuino permissio. 5. Mentitur tribuens Paulo, quod non dicit: Non enim declarat Traditionem, quasi dicat Dominus, debere omnes diuino mandato utrâque ut.

A D IV. Lucas id præceptum posuit post datum panem: post calicem omisit. Hoc similiter, refertur ad accepit, nō ad reliqua verba actionis, nam debuisset, & fregisse, & distribuisse calicem similiter ut panem.

A D V. Sic est, Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat: Vbi modum præscribit edendi, scilicet cum prævia probatione sui: Et edere ac bibere in spiritu libus idem sunt, ut fiant ambo in utrolibet modo. Istud, Facite, post Panem absolute ponitur; conditionate vero post Calicem; Hoc facite, quotiescumque bibe-

ritis. q. d. Non obligo ut semper bibatis; sed quoties volueritis.

I I. Ex SS. PATRIBVS Lutherano-Calvinisticas Suasiones & Corruptelas, vide in Bell. c. 26

I I I. Ex RATIONE SVADENT sic Vtramque. 1. In deserto, i. Corinth. 10. OMNES eundem potum spiritalem biberunt, Ergo & in Ecclesia sic necesse est. 2. Institutio facta est sub utrâque: ergo sic & obseruâda. 3. Dominus & Apostoli dederunt calicem i. Cor. 10. Non potestis bibere calicem Domini, & calicem demoniorum. i. Cor. ii. Omnes in uno Spiritu potati sumus. 4. Testamenti Christi legatum corruptunt, qui alteram negant partem hereditariam. 5. Finis est, mottem Christi commemorati: at haec non perfectè significatur Vnâ. 6. Koinonius. Dolcissima consolatio est calicis; & hac priuacemu? 7. Si potest tolli pars Eucharistæ; ergo & Baptismi: ergo & Panis Cœnæ. 8. Datur laicus Sanguis Domini; cur et ergo negatur symbolum?

D I C O A D I. Manna & Aqua sunt eis separatum data, quodque solum; Et Biberunt spiritualiter, quod ipsum manducare est & è contra.

A D II. Institutio, non est Præceptio. Illa Sacrificium fuit, & Sacramentum: istud, non hoc, utramque requirit: quod esse debuit secundum ordinem Melchisedech. Præceptum vero, diuersum ab Institutione, subiungitur, ad usum Panis; non Calicis.

A D III. Ea probant, Utramque non esse illicitam, non vero esse præceptam. Ad Corinth. autem agitur de potu Spiritus, quem in Baptismo haurimus; non de potu Sanguinis in Eucharistia.

A D IV. Hereditas est Christus totus in Eucharistia, non ambæ species ipsæ;

ipse: Res, non Modus est in præcepto.

A D V. Commemoratio duplex est; Repræsentatiua; ceure fit in scena: Narratiua historicè: Mortis Domini cæ memoria prior fit in Sacrificio, repreßentante Passionem totam: Posterior fit manducando & bibendo in Eucharistiæ Vna, vel Vtraque specie.

A D VI. Solatium idem in vna, quod in vtraque, habetur, ob Rem eandem.

A D VII. Pars Essentialis tolli nusquam potest; at potest Modalis. Ut Baptismus olim fiebat totali immersione; nunc solius capitis aspersione. Sic tolli potest panis, si detur calix: at vtrumque simul tolli nequit.

A D VII I. Dari Sanguinem, id est, totum Christum, est præceptum: at dari species ambas, non est præceptum.

C V R P R A C E P I T V N A M E C C L E S I A ?

I. Quia quæ non ad substantiam Sacramentorum pertinent, ea potest ordinare Ecclesia: præsertim ubi Dominus regulam non statuit, ut seruetur certa: Ecclesiæ ibi relictum est, ordinis causa. Sic in Baptismo trinam imersionem mutauit in Vnam, *Tertull. l. de Coronem. & Can. 49. Apost. Rursus Vnā in Conc. IV. Tolet. c. 5.* mutauit in trinam. Talis est ritus specierum, quæ non sunt iure diuino præceptæ; nec de Essentia Sacramenti; cum vius rei, non attingat essentiam eiusdem.

II. Quia licitus semper vbiique fuit vius vnius, aut vtriusque: Concilium Constantiense prohibuit tolli vius Vnius.

III. Causa Hæreticorum, vtramq; ceu præceptam, vrgentium.

IV. Sic placuit Vniformitati Consistentis Ecclesiæ; quia licuit, & expediuit.

V. Ut irreuerentiae & effusiones cauerentur.

Q V A E S T I O L X V I I .

E C Q U I E S V M M A B r e n i s o m n i u m d i c t o r u m d e V N A ?

IN S T I T U T I O est sub Vtraque: at Vnion est Præceptum de Vtraq; neq; omnib; vtraq; præcepta est. Institutio autem rei & Præceptio differunt: Ut, Institutum est Matrimonium, Ordo: Prædicatione. &c. at non omnibus præceptum. Ni si vt Credant, colantque; non vt usurpent omnes. Deinde; In Vnu præcepta est substantia sacramenti; non Circumstantia accidens. illa examissim seruanda in vnu; hæc relicta est ordinationi Ecclesiæ. Vnde nullum de Circumstantia extat præceptum in S. Scriptura: nec ullum reperiunt aduersarii: Et nos cunclimus de Vna.

E C C E A d u e r s a t i o n e s : 1. H u s s i t æqua-ruunt præceptum. Ioann. 6 Nisi mand. &c. 2. L u t h e r a n i reclamant ibi de Eucharistia quicquam agi: quæcunque præceptum Luc. 22. Hoc facite. 3. C A L- V I N V S his repugnat; vult dictum solis Ecclesiæ ministris, non Laicis: quæcunque præceptum Matth. 26. Bibite ex hoc omnes. 4. M A R C U S c. 16 ad solos id Apostolos dictum ait: Qui & bibe-runt ex illo omnes. Ethic vere: illi er-roncè,

Rr 2 D. Vlsls



H. *Vsvs Vnius à Christo comprobatus est.* 1. *VERBIS, Ioann. 6.* 1. *Hic verò agi de Buch. Negat Lutherus & quidam Caluinistæ.* 2. *Concedunt Hussite & Caluinistæ Gallicani cum Plesso.* 1. 4. *Euch. c 2.* *Se igitur destruunt; nos confirmant; vt & tota Classis S. Patrum.* 2. *FACTO.* *vt Luc. 24.* in Emmaus: *testibus S. Patribus.* *Textu iithic ipso: & Effectu illuminationis.* Et; Dominus ibi **Consecravit**; id est, **Sacrificauit** *Vnā speciem:* *Quod ex natura rei sit rectè: at nūc non rectè fieret;* ob præceptum Ecclesiasticum. Christus ter benedixit panem. 1. *Cum miraculo panes & pisces.* 2. *Cum Sacramento in Cœna,* 3. *In Emmaus.* 3. *APOSTOLIS* *Vsvs fuit Vnius.* *Act. 2. v. 42.* & *Act. 20. v. 7.* Ita S. Patres, & aduersarii:

Sed hi Synechdochæ ibi singunt partis pro toto.

A.T. *Cur non pariter & Ioann. 6.* foret *Synechdoche in multiplicatione panū;* *vt intelligeretur cados vini propinasse?* 2. *Lucas* ter meminit benedicti panis; nunquam vini: huius vel semel meminisset. 3. *Iudei multi, recens conuersti, abstinebant à vino,* *Act. 12. v. 20.* *Omnis emulatores Legis Mosaicæ, Nazaræi maxime,* *Act. 18. v. 18* & *c. 21. v. 23.* *at hi durante voto erant perseverantes in Doctrina Apostolorum, & Communicatione Fractionis Panis:* Ergo sub una communicarunt. **DIC&S** *Ergo & Apostoli sacrificarint in Vna.* **R.E.S.P.** *Esto: licebat exemplo Christi: At nunc non licet, ob præceptum Ecclesiæ.* *Iu quo cum Norwegis dispensauit Innoc. VI II,* teste Volater. l. 7. *Geogra.* *Adde Vsvs idem Vnius durauit post Apostolos, vt licitus, non vt præceptus,* *ut p[ro]p[ter]ea ad tempora Hussitarum.*

III. CHRISTVS TOTVS Carne, Sanguine, Animâ, Diuinitate, est in vtrilibet specie idem; sed Aliter: nam sub specie panis, vi Sacramenti, est carne sola; sub vino, Sanguine solo: cetera tamen vtrobique vi Concomitantia naturalis. **CALVINISTÆ** *Christum Carne, Sanguine, Animâ, Diuinitate esse in cœlo a-iunt: in Sacramento esse negant: ridentque Concomitantiam.* **LUTHERANI** *Quidam Caluinizant; sed Christi Carnem solam esse sub pane; Sanguinem solum sub vino: Animam in neutra.* *Ita Illyr. Heshus. Hamelmann.* *Quidam Catholizant, vt Vbiquitarii, Brent. Ken.* *totum Vtrique inesse.* *Hinc isti torum nunquam accipiunt; ac proinde nihil plus, quam Caluinistæ: Quia diuidi Christus nequit, quam mori amplius.*

IV. CAVSÆ VNIVS *permissæ sunt,* 1. *Quia Totus inest Vtrilibet.* 2. *Par fructus vtriuslibet ac vtriusque.* 3. *Multæ Abstemii.* 4. *Loca multa carent vi-* no. 5. *Periculum effusionis.* *Ob hæc vnam licet vsurpari posse censem etiam Brentius apolo. pro Confess. Wirtenberg. Melancht. l. de vsu Sacramēt.* ait Ruthe-*nos p[ro]p[ter]o vti posse medone, aut multo.* *Si ergo iure diuino prohibitum est Cō-* *municare sub vna; cur permittunt?* *Si non prohibitum; cur negant vsum vni-* us? *At in iure diuino dispensare nemo* *potest.*

QVÆSTIO LXVIII.

*Eucharistia sine Adoranda ac Ve-*neranda?

LUTHERANI distinguunt: 1. *Extra Vsum, adoratio Euch.* est idolatria. *Luth. libr. ad Wald.* In *Vsu,* *Quidam damnant ibi adorationem, et si p[re]sen-* *tem*

eam Christum agnoscant Corpore & Sanguine; Luth. ibid. Melancht. de Coena, Illyr. in Confess. Antwerp. Quidam, esse adorandam, Lutherus l. de verbis, *Hoc est Corpus*. Bucerius, Brentius, Kemnitius. Negant hi tamen adorandam sic, ut Catholicci docent; quos ἀρτόλατρος VOCANT.

CALVINVS Inst. I. 4. c. 17. §. 35. &c. cum suis omnem Eucharistiae adorationem proclamant esse Idolatriam. Tigurini in apolog. fatentur, se adoraturos Sacramentum, si crederentibi Christum esse praesentem.

S V A D E N T istis. 1. Lutherus. Ad verba Cœna attendendum; at adoratio impedit attentionem. 2. Calvinius. Apostoli communicantes non leguntur adorasse. 3. Christus in omni creatura est: ergo & adoranda foret. 4. Honorius III. instituit adorationem: Urbanus IV. festum Corporis Christi: ergo humanum inuentum est.

A V T O R. Christo in Eucharistia debetur Adoratio. 1. Deut. 6. Matt. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: At Christus Deus & homo est in Euch. Ergo. D I C E S: Adorandus est, ubi est, seque adorari iussit, sc. in Cœlo, non in Sacramento: Nec enim dixit, Accipite & adorate. Deinde, Christus non est in Cœna; sed Corpus eius. R E S P. Ioann. 4. In omni loco adorandus est Deus. Nec in præsepio erat, ut adoraretur; sed ut qui eiceret: recte tamen adoratus est. Ita Adorari, est secundaria Sacrameti Institutio. 2. Traditio S. Patrum iubet adorari in Euch. Christum, Bellarmin. lib. 4. c. 29.

D I C O A D I. Adoratio ex verbis Cœna oritur, ut inde moueamur ad eā: tantum abest, quod impediatur.

A D II. Apostoli ut se habuerunt erga conuersantem cum iis Christum: ita & erga latentem sub speciebus. Semper ut Deum agnouerunt, sic & coluerunt;

A D III. Non instituit Honorius, sed monuit Praelatos, ne Christum honore finerent fraudari. Festum Urbanus instituit; cuius officium id postulabat.

VIII. DE MISSA.

QVÆSTIO LXIX.

*Missa Sacrificium Vnde, Quid,
Quotuplex esse dicitur?*

L V T H E R A N I. Missam deducunt à voce Mahhu. Lazarim, Dan. II. Deum Mahhu Zim colet in loco suo. Et Missam, ait Kemn. p. 2. Examin. robur esse Romani Antichristi. 2. Melancht. Missam dici vultab Missach, id est, voluntaria oblatio.

3. CALVINVS Inst. I. 4. c. 18. §. 18. Melanch. in apolog. Confess. Aug. dictam volunt à mitendis munieribus, quasi symbolis.

4. Missam definit Melancht. ibid. esse opus, quod Deo reddimus, ut eum honoremus. Esseque vult Sacrificium duplex, Propitiatorium, seu Satisfactione pro peccatis Deū placans. Eucharisticum, seu gratiarum actio pro beneficiis; ut est Fides, prædicatio, oratio. &c. & bona quæcumque ad laudem Dei. Et hoc propriè vult Missam esse: rite S. Aug. 10. Ciuit. cap. 6. Sacrificium verum est omne opus bonum, quod agitur, ut S. Societate inhereatur Deo; relatum ad eum finem, quo beati esse possumus.

5. CALV I N V S ibid. Nos perpetuo Scriptura usu Sacrificium appellari scimus, quicquid omnino Deo offertur.

6. Kemnitius ibid. ait: Sacrificium est Ceremonia ale quid & externe; vt in Veteri Testam. Hostia, holocausta, decimæ, &c. 2. Sacrificium Crucis mortis Christi. 3. Sacrificium Spiritale interius; ut prædictio, oratio, clemosyna, mortificatio &c.

A V T O R. I. Missa, vox antiquissima apud S. Ambr. l. 5. epist. 33. Aug. Serm. 91. de temper. &c. 1. dicitur à dimissione populi. 2. Accipitur etiam pro precibus. 3. pro Liturgia ab Offertorio usque ad

Rr 3 finem.